

Külczim: Illustrissimo domino domino Joanni de Zamoscie supremo regni Polonie cancellario exercituumque generali etc. etc. capitaneo etc. domino mihi observandissimo.

Hátán: Bethlen Ferencz írásával: Balassa Bálint írta Zamojszki Jánosnak az lengyelországi nagy cancellariusnak

(P. h.)

(Eredetije a gróf Bethlen család keresdi levéltárában.)

Közli DR. SZÁDECZKY LAJOS.

GRÓF BALASSA BÁLINT JELENTÉSE NEJE GRÓF SZUNYOGH KATALIN HALÁLÁRÓL ÉS TEMETÉSÉRŐL — GRÓF SZUNYOGH GYULÁHOZ.

I.

Illustrissime domine, frater et affinis mihi confidentissime.

Voto salutis praemisso, addictissimam servitiorum meorum paratissimamque commendationem.

Utinam laetiora scripsissem illustrissimae dominationi vestrae — optassem. *Meum Paschale Alleluia in luctum versum est.* Nam charissimam conthoralem meam 16 praesentis inter 8 et 9 matutinam ex hac luce Deus in aeternam evocavit. Cujus sepultura honesta quando, et ubi locorum sit futura — illrmae dominationi vestrae significare admaturabo.

In reliquo illustrissimam dominationem vestram diu feliciterque bene valere desidero.

Datum in arce Kékkő, die 20 Aprilis A^o 1667.

Illustrissimae dominationis vestrae

Frater et affinis ad serviendum paratissimus

C. *Valentinus Balassa* mp.

P. S. Illustrissimae dominae comitissae et conthoralis vestrae illmae dominationis mea humillimia servitia offero.

Kivül gyászpecsétes borítékon a czim: Illustrissimo Domino Domino Julio Szunyogh de Budethin Libero Baroni in Bielszko etc. domino fratri et affini mihi confidentissimo.

II.

Illustrissime domine, frater et affinis mihi confidentissime.

Salutem et servitiorum meorum paratissimam commendationem.

Toti humano generi minacis fatali arcu intortum, nec evitabile mortis telum, cum dilectissima quoque olim et solaminis mei plena comitissa, Catharina Szunyogh de Budethin, conthoralis mea desideratissima, declinare minime valuisset, moerore meo acerbissimo, nec ullis

unquam temporum decussibus, obliterabili, post duarum hebdomadarum infirmitatem, hic in arce Kékkeő blandissime fatis cedendo, animam aeterno mentis Numini, tanquam creatori Redemptorique suo devotissime reddidit, meque in acerbissimum, afflictissimae viduitatis Labyrinthum et squalorem praecipitem egit, luctu mihi, memoriaque sui desiderabili, ad tumulum usque, cum dolore inenarrabili relictis.

Cujus exanime corpus cum honestam sui inhumationem efflagitet, eandem in liberae regiaeque montanae civitatis *Schemniczensis* capella camerale catholica, pro die 19 affuturi mensis Julii, anni praesentis ordinavi, ita, ut hinc ex arce Kékkeő 17. ejusdem movendo et Corponae eadem cum corpore exangui subsistendo, 18. finitis concionibus, inde facto recessu Schemniczii subsistendo, destinata 19 ex loco depositionis, facta processione, eadem inhumatio peragatur.

Quin vero antequam corpus ex arce Kékkeő moveretur, praevia quoque die, id est 16 Julii pro inchoatione sepulturae, sacra, concionis, aliaque ceremonialia requisita praemittentur, vestram illustrissimam dominationem summopere rogandum duxi: quatenus dignaretur pro eadem 16 Julii anni praesentis in arce Kékkeő, una cum dilectissima conjugue sua, aulaque celebri comparere, ac tandem modo supra specificato procedendo ad 19 usque inclusive Schemniczii pro completionem finali dictae inhumationis adesse, opusque misericordiae suae, quo ad sepeliendos mortuos, actu hoc extremae charitatis christianae contestari. Quam illustrissimae dominationis vestrae gratiam plausioribus in rebus quoad uixero rependere meis omnimodo servitiis studebo.

Quam ut deus incolumem tueatur animitus exopto.

Datum in arce Kékkeő die 17 Junii 1668.

Illustrissimae Dominationis vestrae

Frater et affinis ad serviendum paratissimus

C. *Valentinus Balassa* mp.

Kívül gyászpecsétes borítékon a czím: Illustr. Domino Domino Julio Szunyogh de Budethin Libero baroni in Bielecko etc. domino fratri et affini mihi confidentissimo.

(Eredetije az Orsz. Levéltárban — a Szunyogh-család levéltárában.)

Közli: DR. LAMPÉRTH GÉZA.

SZIRÁKY BALÁZS.

A R. M. K. T. VI. k. 19., illetve 290. lapján a szerkesztő *Sziráky Balázs deáknak* 1550-ben készült énekét mutatja be.

Néhány halvány vonással szolgálnak a versszerzőnek életrajzához Kassa város levéltárában megmaradt magyar és latin nyelven írt levelei, melyekben Kis, máskép Jakus Lőrincz, kassai kereskedő javai tiltását kérelmezi adóssága fejében.